



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Posteriores Libros Septem De Habituali Gratia, Sanctificatione
Hominis, Ac Merito

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

Cap. XXIV. An possit aliquis de condigno primam gratiam, vel remissionem
peccati mereri?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94104)

CAPVT XXIII.

Virum ex parte Dei, aut Christi potuerit meritum bonorum operum augeri?

^{1.} *Resoluitur primo ex parte Dei promittentis obuenire. Sed resolutio huius interrogationis ex dictis in c. nostris me- 17. & 18. nota est, ibi enim distinximus inter proportionem operis cum præmio, & valorem, seu efficaciam operis ad exigendum ex iustitia præmium. Et hoc secundum diximus compleri in opere alias proportionato per promissionem sub conditione talis operis factam. Vnde si comparatur opus ex promissione factum cum opere facto sine promissione, sine dubio in illo priori augetur aliquo modo efficacia, & proprietas meriti ex promissione. At vero si comparantur opera, quibus facta est promissio, in illis non potest in hac parte magis, vel minus inueniri ratione promissionis, quia promissio æque certa, & infallibilis est in omnibus, & ita æqualem vim præbet unicuique operi respectu sui proportionati præmii. Proportio autem, seu dignitas operis meritorii respectu præmii non confertur, nec proprie completur per promissionem, sed potius ad illam supponitur, ut ibi diximus. Et ideo in hac parte non videtur augeri meritum ex diuina promissione, vel ordinatione, ut ibidem contra antiquos Nominales, & Vegam, ac Castrum diximus.*

^{2.} *Deinde obuenire efficaciam ad illud maius præmium quam quod ex rigore promitti posset.* Nihilominus tamen ad maiorem claritatem distinguere potest inter proportionem, seu dignitatem operis, quasi aptitudinem, ad meritum, & ipsum actuale meritum. Et quoad primum verum est, non posse valorem operis crescere ex promissione, quia promissio non est circumstantia operis, sed supponit qualitatem, & capacitatem eius saltem in mente promittentis. Nihilominus tamen quoad actuale relationem, & efficaciam ad determinatum præmium potest opus meritorium augeri ex facto per quod ad maius, vel minus præmium ordinatum est. Hoc late explicuimus supra exemplo meriti Christi, quod ex se infinitum valorem habuit, & nihilominus de facto finitum tantum præmium meruit, quod sine dubio maius esse potuisset, si Deus ita ordinare, ac permittere voluisset. Fuitque id necessarium in illo merito eo ipso, quod infinitum erat, quia nec poterat habere præmium æquale, & quocunque dato, vel promisso, erat maioris capax. At vero quando opus est meriti finiti potest habere præmium summum, & ita ad æquatum vel si maius offeratur, sit ultra condignum. Et tunc si ponatur tale præmium esse promissum tali operi, non potest ulterius augeri ex promissione ampliori, quia iam excederet operis capacitatem, & ita quoad illud excessum esset liberalis donatio, non iusta retributio. Nihilominus tamen etiam respectu meriti finiti potest intelligi in hoc aliqua varietas ratione promissionis.

^{3.} *Itemque in ipsis nostris meritis.* Primo quidem respectu præmii quasi connaturalis, & proportionati, seu eiusdem ordinis, quia ut supra dixi, probabile est, etiam hoc præmium non esse omnino definitum quasi indiuisibiliter ex sola re natura, sed esse posse aliquantulum maius, vel minus intra latitudinem (ut sic dicam) iusti prælii. Ac proinde posse promissionem Dei conferre, ut quanto intra illam latitudinem est de maiori præmio, tanto sit opus maioris actualis meriti. Sicut in mercibus, vel stipendiis humanis ex pacto fit, ut propter rem, vel opus maius pretium, vel stipendium debeat intra latitudinem æquitatis. Secundo potest id accidere in præmiis extrinsecis, si sint inferioris or-

dinis, & in præmiis accidentalibus gloriæ optime potest intelligi: nam martyr, verbi gratia, nunc meretur de condigno aureolam à Deo designatam, & promissam, & pauper spiritu, meretur habere sedem in iudicio, & tamen si Deus hæc præmia non promittet, in illis operibus non esset de facto actuale meritum.

Atque hinc tandem potest intelligi, ex meritis Christi de facto aucta fuisse nostrorum meritorum præmia, ac proinde etiam ipsa merita prout habitudinem actualem habent ad maiora præmia. Nam cum promissio præmiorum propter Christum nobis facta sit, ut supra vidimus, optima, & congruentissima ratione credi potest ob eadem Christi merita nobis concessum esse, ut respectu essentialis præmii promissio fuerit liberalissima, & maxima, quæ intra capacitatem talium operum à tali gratia Christi procedentium esse poterat, & respectu accidentalium præmiorum esset etiam copiosior, & abundantior, quam sine Christo fuisset. His ergo modis potest operum meritum ex omnibus meriti conditionibus augeri.

CAPVT XXIV.

An possit aliquis de condigno primam gratiam, vel remissionem peccati mereri?

^{1.} *Depremia, quod tertio par est huius libri, in qua genera distinguitur.* Hactenus de merito in se spectato tractauimus, & illud esse, & quid sit, quasque conditiones requirat, ut de condigno esse censetur, ostendimus, nunc de præmio, vel de præmiis, quæ sub tali merito eade re possunt, quod in principio huius libri tertio loco inquirendum proposuimus, dicendum superest. Omnia vero hæc præmia, vel ad gratiam, vel ad gloriam reducuntur, ut videbimus, & inter illa dona priora sunt dona gratiæ, inter quæ rursus ordo inuenitur, nam quedam dona gratiæ priora sunt aliis, omnia vero sub primam, & secundam gratiam comprehenduntur, & ideo primum omnium dicendum est de merito primæ gratiæ, postea de reliquis. Ut autem punctum præsentis quæstionis attingamus, supponimus, sermonem esse de prima gratia sanctificante, & consequenter de remissione peccati mortalis, vel originalis, quod per illam formaliter expellitur. Nam de prima gratia auxiliante non oportet hic quæstionem mouere, tum quia in libro tertio late ostensum est contra Semipelagianos, illam esse donum omnino gratuitum, cui meritum de condigno maxime opponitur, tum etiam quia infra ostendimus neque sub meritum de congruo cadere posse. Vnde à fortiori constabit, multo minus sub meritum de condigno cadere posse. Est ergo sermo de prima gratia habituali. Dicitur autem prima, quod illa infunditur in personam, cui datur, etiam si contingat, sæpius infundi, quia sæpius deperditur, semper enim est prima, ita ut ab augmento gratiæ distinguatur, non ab alia gratia, quæ fortasse in aliquo præcedente tempore data fuit.

^{2.} *Asseritur præmia potestatem operum non mereri.* Præterea ut certum statuo, nullam personam creatam posse huiusmodi gratiam alteri mereri de condigno etiam si maxime iusta sit. Hoc secundum legem Dei ordinariam certum est ex alio generali principio supra demonstrato, quod in personis creatis vna ex conditionibus ad meritum de condigno requisitis est, ut sibi vnusquisque mereatur. Vnde non solum de hac gratia, & de ipsa peccati remissione, sed etiam de gratia vocationis, & de qualibet alia est certa hæc suppositio. An vero de potentia absoluta aliud Deus instituire potuerit in toto primo, 3. p. disput. 4. section. 7. late tractatum est. Vbi etiam ostendimus, aliud esse, de persona increata per naturam hypostatice vnitam merente: nam illa propter tantæ personæ dignitatem non solum de condigno,

digno, & ad æqualitatem, sed etiam de toto rigore iustitiæ, & cum infinito excessu potest alius mereri gratiam. Atq; ita de facto Christum hominibus promeruisse non solum gratiam sanctificantem, sed etiam auxiliantem à prima vsque ad ultimam. Neque solum personis iam gratis, sed etiam peccatoribus, pro eorum culpis plenissime satisfaciendo.

Uterius suppono, neminem posse mereri sibi primam gratiam, seu iustificationem per opera subsequencia iustificationem. Ita docet D. Thomas dicto art. 1. ad ult. & consentiunt ceteri Theologi. Habetq; verum tam de operibus ordine temporis posterioribus, quam de illis, quæ ordine naturæ gratiam subsequuntur, vel secundum suum esse absolute, vel ut meritoria de condigno sunt. Ratio prioris partis est, quia sicut nemo sperat, quod iam possidet, ita nemo meretur, quod iam possidet, sibi que simpliciter donatum est. Deus autem cui gratiam confert, absolute etiam donat, independentem à futuris eius operibus, & ideo qui illam prius tempore habet, non potest illam iam mereri saltem quoad infusionem, & donationem eius. Alterius vero ratio est, quia principium meriti non potest cadere sub idem meritum, quia non potest idem esse causa, & effectus respectu eiusdem in eodem genere causæ. Et ideo non potest primū auxilium gratiæ cadere sub meritū eius de actus, qui ab illo procedit, ut contra Semipelagianos in superioribus traditum est cum Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 11. & l. 2. contra duas epist. Pelagianor. c. 7. Est ergo hoc certum saltem ex natura rei, & ex lege ordinaria, An vero de potentia absoluta aliter ordinari poterit, nunc non refert, & in materia de Incarnat. disputatum est.

Denique suppono, nullum hominem peccatorem posse sibi de condigno mereri primam gratiam sanctificantem prius tempore, quam iustificetur, seu per actus, qui tempore præcedunt infusionem gratiæ habitualis. Hoc etiam est certum ex doctrina Concilii Trid. sess. 6. c. 8. & 16. quam statim amplius ponderabimus. Item ex alio principio supra posito, quod gratia sanctificans est necessaria ad meritum de condigno, quia inimicus Dei non potest Deum ipsum ex condigno, & iustitia sibi facere debitorem. Quæ ratio non solum conuincit, opera peccatoris tempore præcedentia iustificationem, non esse meritoria de condigno gratiæ sanctificantis, verum etiam neq; alicuius alterius doni, auxilii, aut præmii, quia in quacūq; eadem ratio militat. Tota ergo quæstio reuocatur ad instans ipsum, in quo gratia prima sanctificans infunditur, & ad illum actum, qui est vltima dispositio ad gratiam, & remissionem peccati etiam extra Sacramentū. Quod addo, quia de attritione, quæ cū Sacramento potest imperare gratiæ etiam procedit, quod supponimus de aliis actibus, qui iustificationem tempore præcedunt, quia illa attritio est æque imperfecta, & de se præcedit etiam tempore iustificationem, & valde accidentarium illi est, quod ratione sacramenti interdum illi coniungatur in eodem tempore, vel momento, quod ex dicendis euidentius fiet.

Solum ergo superest dubitandum de ipsa contritione perfecta, seu de dilectione Dei super omnia, an per illam homo peccator cum ad Deum conuertitur, infusionem gratiæ habitualis, & consequenter remissionem peccati mortalis de condigno mereatur? Pars enim affirmans videtur posse probabiliter suaderi. Primo, quia si aliquid obstat huic merito, maxime esset, quod in Scriptura dicitur homo iustificari gratis, cui gratiæ maxime repugnat condignum meritum, sed hoc non obstat, ergo non est, cur negetur. Probatur minor, quia cum Paulus dixit, hominem iustificari gratis, non loquitur de solo termino (ut sic dicam) iustificationis, id est, de infusione gratiæ formaliter excludentis peccatum, sed comprehendit totam mutationem iustificationis ab eius exordio, quod per vocationem fit vsque

ad peccati remissionem, sed hæc iustificatio sic accepta semper fit gratis, etiam si homo per contritionem mereatur de condigno infusionem gratiæ habitualis, ergo ex vi illius principii, quod homo gratis iustificatur, non sequitur, non mereri de condigno gratiam sanctificantem. Consequentia optima est, & minor etiam videtur clara, quia ut iustificatio illo modo sumpta fiat gratis, satis est, quod initium eius sit ex sola gratia, & nullo modo ex operibus iuxta doctrinam frequenter ab Augustino repetitam contra Semipelagianos. Et ex eodem principio probatur maior propositio, quia secundum Augustinum ideo dicitur homo iustificari gratis, quia non ex operibus, sed ex fide iustificatur, quæ fides Dei donum est quod sine vilo merito datur, & ideo licet fides inchoet meritum iustificationis, nihilominus iustificatio gratis fit, & quicquid postea datur, licet ex aliquo merito detur, semper est gratia pro gratia, & ita tota iustificatio gratis datur, ergo.

Secundo argumentari possumus ex verbis Iacob. 2. dicentis, *Abraham fuisse iustificatum ex operibus*: nam idem est iustificari ex operibus, quod iustificari ex merito proprio, & de condigno. Item ex verbis. 1. Ioan. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra*: ergo ipsa peccatorum remissio, & consequenter etiam prima gratia ex iustitia conceditur, ac subinde meritum de condigno præcedit. Potestque hoc testimonium confirmari ex Augustino in l. Expositionis inchoatæ epist. ad Rom. circa illa verba. *Gratia & pax*, ubi inter alia dicit, quod licet peccata remittantur ex misericordia, non tamen id fieri sine iustitia, quia iustum est (ait) apud Deum, ut ij, quos peccatorum suorum penitet, misericorditer separentur ab his, qui conuerti nolunt. Et infra. *Iustum est apud Deum, ut iustificetur talibus, quæcunque antea commiserunt*. Et iterum. *Iusta est ergo gratia Dei, & gratia iustitia, cum in eo quoque etiam penitentis meritum gratia præcedit*. Et simili modo epist. 46. dicit, gratiam non secundum merita nostra dari, non quia nullum sit meritum sed quia misericordia, & gratia conuertit hominem, de qua Psalmus dicit: *Deus meus misericordia eius præuenit me, ut iustificetur impius, hoc est ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, &c.* In quibus verbis sentit, in illa iustificatione peccatoris, per quam ex impio fit iustus, iustitiam intercedere, quia meritum penitentiae præcedit, & nihilominus eandem iustificationem gratiam esse, quia illud penitentiae meritum in præcedenti gratia fundatum est. Ambros. etiam libr. 1. de Penitent. cap. 16. docet, penitentiae retribui gratiam, & remissionem peccati ex promissione diuina, ut ex huius vite retributione discat homo sperare futuram. Et in alio libro de Penitentia Ambrosio attributo dicitur, verendum non esse, ne apud ipsum iudicem merces contriti cordis pereat. Vbi peccati remissio merces contritionis appellatur. Imo etiam August. lib. de Prædestinat. Sanctor. cap. 2. augmentum fidei vocat mercedem fidei inchoatæ, ad augmentum autem fidei, de quo ibi tractat, pertinet maxime viuificatio fidei media penitentia, ac merces propriæ dictæ merito de condigno respondet.

Tertio possumus ratione argumentari, quia contritio ordine naturæ præcedit infusionem gratiæ habitualis, ut supra ostensum est, ergo ex hac parte sufficit ad meritum eius. Nam ut infra ostendimus, meritum, & premium possunt esse simul tempore, dummodo naturæ ordine meritum antecedit. Aliunde autem actus contritionis est maxime proportionatus gratiæ, quæ ratione illius infunditur, ergo ex hac parte habet sufficientem æqualitatem cum illo præmio, interuenit etiam in illo opere promissio diuina, qua vere penitentibus gratia, & remissio peccati promittitur, ergo nihil ibi deest ad meritum de condigno. Dices, actus contritionis, ut antecedit infusionem habitus gratiæ ordine naturæ, procedit ab homine non grato, seu peccatore, & ita ex hac parte deest

6.
2. arg. ex lo-
cū Iacobi,
& Ioannis.

7.
3. argum.
ex ratione.

Eufasio.

Contra il-
lam infla-
tur.

deest illi conditio necessaria ad meritum de condigno ex parte personæ merentis, videlicet, ut sancta sit. Sed contra, quia licet ille actus non procedat ab homine, ut iam sanctificatio, nihilominus non procedat ab illo, ut peccatore, sed ut efficaciter à Deo motus, & adiutus, ut contra suum peccatum moueatur, & ideo neque in illa duratione reali, id est, in instanti, in quo talem actum elicit, iam est in peccato, cum illud meritis instans sit primum non esse ipsius peccati, ergo absolute loquendo non elicitur ille actus ab homine peccatore, & alioqui sicut ille homo prius natura elicit actum contritionis, quam ei habitus gratiæ infundatur: ita etiam prius natura recipit in se suum actum, & eo informatur, ergo prius etiam natura est sanctificatus per ipsum actum, quam infusus habitum recipiat, ergo in illo priori est sufficienter iustus, & sanctus, ut per eundem actum, quo sanctificatur, habitum de condigno mereatur.

8.
Confirmatur ex Richardo hypothetice loquendo.

Vnde Richard. in 4. d. 17. art. 1. q. 7. ex hac hypothese, quod contritio formata præcedat ordine naturæ remissionem peccati, dicit recte sequi, hominem per contritionem mereri remissionem peccati, mortalis de condigno, quia nulla conditio ad tale meritum necessaria ibi deest, data illa hypothese. At vero iuxta probabilem opinionem contritio semper est formata, quia per se ipsam, & essentialiter formata est, imo & formare potest, id est, formaliter constituere sanctam personam, cui inest. Et antecedit ordine infusionem habitus gratiæ. Ergo erit meritoria de condigno prima gratiæ saltem secundum probabilem opinionem. Nam ex principiis probabilibus non potest sequi conclusio non probabilis.

Vazq. hypothese Richardi de facto admittit.

Atque ita P. Vazq. i. 2. disp. 219. cap. 1. fatetur, veram esse conditionalem propositionem Richardi: opinatur enim, actum contritionis perfectum, vel dilectionem Dei super omnia esse actum per se formatum, & formam sanctificantem, ideoque optime sequi putat, quod si talis actus non procedit effectiue ab habitibus gratiæ, esse meritorium de condigno primæ gratiæ habitualis. Quia licet non intelligatur procedere ab homine, ut prius iam constituto amico, & iusto, satis est, quod per se, & (ut ita dicam) in suo termino intrinseco constituit hominem iustum, & sanctum, ac subinde Dei filium, obediens, & amatorem Dei, ergo constituit illum dignum vitæ æternæ non solum ut hæreditate filii, sed etiam ut corona iustitiæ, ergo in illo priori iam mereretur de condigno vitam æternam, ergo etiam primam gratiam. Probat hanc ultimam consequentiam, quia gratia habitualis est per se necessaria ad æternam beatitudinem, & ideo quando non supponitur ad meritum vitæ æternæ, necessario cadit sub idem meritum, sub quo cadit vitæ æternæ. Vnde consequenter sentit dictus Auctor, non esse contra sanam doctrinam, nec improbabilem opinionem asserentem mereri hominem vere penitentem primam gratiam, & remissionem peccati mortalis de condigno, quia neque hoc fauet Pelagio, nec repugnat Conciliis, quæ contra illum docuerunt, & alioqui sequitur ex principiis probabilibus. Nihilominus tamen ipse non audeat illam sententiam simpliciter probare, solumque fundatur in illo contrario principio, quod ultima dispositio ad gratiam effectiue à gratia habituali procedit.

9.
4. assertio negatiua.

An S. Tho. pro assert. 3. obicitur est.

Dicendum nihilominus est, hominem resurgentem à peccato non mereri primam gratiam de condigno, etiam per amorem Dei super omnia, vel contritionem, qua se ultimo, seu proxime ad primam gratiam habitualemente disponit. Hæc est sententia communis Theologorum. Illam docet D. Thomas dicta q. 114. artic. 5. In illo tamen articulo duo sunt obscura, vnum est, de quo merito, aliud, de qua prima gratia loquatur. De merito quidem, quia indifferenter loquitur. Vnde videtur omne meritum

tam de congruo, quam de condigno excludere. Sed de merito de congruo infra cap. 37. dicam, nunc satis est, à fortiori loqui D. Thomam de merito de condigno, si etiam alterum excludit. Verum tamen in solutione ad 2. expresse loquitur de merito condigno, & illud excludit. Quoad alteram vero partem videtur magis loqui de gratia prima auxiliante, quam de habituali, ut patet, tum ex discursu corporis articuli, quem reducit ad hoc principium, quod gratia est principium cuiuslibet boni operis in nobis, ut etiam habet in solutione ad 3. quod principium est verum de gratia auxiliante, non de habituali, ut in lib. 1. vltim. est. Vnde sic inferit in fine articuli D. Thomas: Si vero aliud donum gratiæ aliquis mereatur virtute gratiæ præcedentis, iam non erit prima, unde manifestum est, quod non potest homo sibi mereri primam gratiam. Quæ illatio bona est de tota gratia absolute, non vero de prima habituali, si quis dicat, hominem illam mereri in virtute prioris gratiæ auxiliantis. Tum præterea, quia in solutione ad 1. ita subinfert. Si supponatur, sicut fides veritas habet, quod initium fidei sit in nobis à Deo, iam ipse actus fidei consequitur primam gratiam, & ita non potest esse meritorium primæ gratiæ. At vero argumentatio hæc de habituali gratia intellecta valde friuola esset, quia licet initium fidei sit ex gratia prima, non est ex prima habituali, sed ex prima auxiliante.

Nihilominus Thomistæ communiter articulum 10. illum de gratia sanctificante, & habituali intelligunt, ita tamen ut Conrad. licet negare non potuerit, quin D. T. at. Sancti D. tingat etiam gratiam, quæ est gratia motio, ut dicit in expositione articuli circa finem. Caietanus vero licet accipiat ibi nullum commentarium addat, videtur, eundem sensum, & sententiam, ut manifestam supponere, ut patet ex artic. 2. eiusdem questionis. Idem Capreolus in 4. d. 14. q. 2. artic. 3. ad argumenta Henrici, Soto lib. 2. de Natur. & grat. cap. 4. Medina dicta q. 114. artic. 5. & ibi Cumel. disp. 1. Valent. tom. 2. disp. 8. q. 6. puncto 4. §. 2. Vega lib. 8. in Trident. cap. 10. & 11. & q. 6. de Iustificat. Bellarmin. libr. 1. de Iustificat. cap. 21. & lib. 5. cap. 21. & libr. 1. de Pœnit. cap. 5. & 6. vbi in §. Nono, &c. Ita etiam exponit D. Thomam, & lib. 2. de Pœnit. capit. 12. Quare dicendum censeo, de utraque gratia prima loquutum esse D. Thomam in dicto articulo, nam omnia, quæ in eius discursu ponderauimus attente spectata conuincunt, principaliter esse loquutum D. Thomam de prima gratia auxiliante, & consequenter etiam de merito, quod à tali gratia non procedit. Nihilominus tamen in principali ratione articuli, & in solut. ad 1. ad gratiam etiam habitualemente sermonem extendit, & quoad illam tantum de merito de condigno loquitur, ut aperte declarat, & patebit ex dicendis. Atque hic sensus manifestus etiam est ex eodem D. Thoma lib. 3. contra Gent. capit. 149. & 150. nam in priori ex professo probat, non posse auxilium gratiæ cadere sub meritum, & in posteriori sub hoc auxilio etiam habitualemente gratiam comprehendit vult. Nos autem, ut dixi, de prima gratia auxiliante non agimus, sed solum de habituali, & ita etiam in assertione conueniunt omnes Theologi in 1. d. 17. & in 2. d. 27. vbi Bonauent. art. 2. q. 1. & Richard. art. 2. q. 1. & Gabr. q. vnic. concl. 2. Ægid. q. 2. artic. 1. Argent. artic. 3. Scot. in 4. d. 14. q. 2. §. De secundo.

Prius vero, quam assertionem probemus, interrogare libet, in quo gradu certitudinis tenenda sit, quæ gratia sit simul utrunque iuxta nostram sententiam ostendamus. Aliqui ex dictis modernis absolute dicunt, sentiri esse de fide, maxime Valentia, Medina, & Cumel. Neque ab hac sententia discrepat multum Vega dicto capit. 10. dum ait, cum Patres aliquod meritum esse de fide tribuunt dispositionibus, respectu gratiæ primæ, non loqui de merito de condigno, quia multum à Pelagio differebant. Itaque censet contrariam sententiam Pelagianam esse, & certe Soto excludens etiam meritum de congruo idem indicat. Ethic Aucto-
res

res fundantur in testimonio Pauli, & in definitionibus Conciliorum contra Pelagium, quæ mox ponderabimus. Nonnulli vero nouiores Theologi sentiunt, non pertinere assertionem hanc ad doctrinam fidei, vel contrariam ad errores Pelagii. Quia Pelagius tribuebat meritum gratiæ operibus solius liberi arbitrii sine auxilio gratiæ factis, & in hoc solum damnatus est, ideoque si asseratur meritum gratiæ habitualis fundatum in priori gratia, nullum errorem Pelagii approbari: nec de modo talis meriti an sit de congruo, vel de condigno aliquid definitum esse, neque etiam Paulum aliquid contra tale meritum docuisse. Nam cum ait, hominem non iustificari ex operibus loquitur de operibus puris, id est, conditis sine fide, & à spiritu gratiæ, ac subinde factis ex solis liberi arbitrii viribus. Cum vero dicit, hominem gratis iustificari, ideo dicit, quia primum gratiæ auxilium gratis datur, vt in argumentis obiectum est. Vnde concludunt, assertionem solum esse probabilioris conclusionem theologiam ex principiis opinabilibus dependentem, vt etiam argumentando tactum est.

12.
Indicium
authoris.

Ego vero non audeo quidem dicere assertionem esse de fide, quia non inuenio illam tam expresse definitam, aut traditam in Scriptura, vel Conciliis, quin per apparentes expositiones possint testimonia eludi. Nihilominus censeo, assertionem esse omnino certam, & indubitatam, & re ipsa in Scriptura contentam, & à Conciliis, ac Patribus intentam. Et moueor maxime auctoritate Theologorum, nunquam enim veritatem hanc dubitationem adduxerunt, sed tanquam dogma certum illud tradunt, vel supponunt, & ex illo sæpe argumentantur ab inconuenienti, inferendo falsum esse, quicquid illi dogmati videtur esse contrarium, & ita illud semper supponunt, tanquam in Theologia certissimum. Hæc autem tanta consensus non potuit aliunde oriri, quam ex eo, quod veritatem illam, tanquam catholicam, & Pelagiano errori contrariam susceperunt. Cuius etiam signum est, quia ad confirmandam illam, testimonia Pauli inducunt, ita nimirum illa intelligentes, non potest autem sine audacia nimia cogitari. Theologos ex carentia cognitionis erroris Pelagii, & ex mala intelligentia Scripturarum, & Conciliorum in eam sententiam cum tanta certitudine conspirasse. Dico ergo, assertionem esse catholicam veritatem, & ex eis, quæ secundum certitudinis gradum in Theologia habent, licet aperte de fide non sit.

13.
Probatur
iam dicta
assertio ex
Paulo, ad
dico Trid.
Concil.

Probatur ergo primo ex Paulo ad Roman. 3. dicente, hominem iustificari gratis per fidem. Addita declaratione Concilii Tridentini sess. 6. cap. 8. dicentis: *Gratis iustificari à Deo dicimus, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promerentur.* In quo loco Concilium de iustificatione formali, quæ fit per infusionem gratiæ habitualis, loquitur, vt supra. 7. ca. 14. in posteriori eius parte diximus. Vbi ex illo textu probauimus, hominem non satisfacere ad æqualitatem, seu de condigno per contritionem pro culpa mortalis peccati. Et ita intellexerunt verba illa Bellarminus, & Vega supra. Qui consequenter recte dicunt, Concilium loqui de merito simpliciter, quod est meritum de condigno, & de fide, ac operibus etiam ex auxilio gratiæ factis, siue tempore, siue tantum natura infusionem gratiæ antecedant. Et hinc consequenter habetur, illam particulam *gratis*, non tantum excludere meritum quodcumque operum naturalium, sed etiam meritum iustitiæ, seu de condigno operum supernaturalium, respectu primæ iustificationis à peccato mortali quo ad infusionem primæ gratiæ sanctificantis. Quod consequenter confirmat Concilium ex aliis verbis Pauli. Nam si est gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia, ad Rom. 11.

14.
Vnde non videtur vniuersaliter verum, quoties Paulus tradit, gratiam non esse ex operibus, solum

excludere opera ex solo libero arbitrio sine gratia facta. Nam licet hæc à fortiori, & principaliter excludat tamen quando vult omnino distinguere opus gratiæ à propria retributione iustitiæ, etiam excludit opera omnia, quæ sunt ad hominem nondum grato. Et ideo distinguenda sunt testimonia, & accurate consideranda est materia, & occasio, modusque locutionis, vt iuxta exigentiam illius vera interpretatio tribuatur. In loco ergo citato Roman. 11. Sic ergo & in hoc tempore secundum electionem gratiæ reliquæ factæ sunt. si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia, omnia opera Paulus excludit: nam electio gratiæ, vt Paulus loquitur, nec ex operibus naturæ, nec ex operibus gratiæ esse potest, cum sit fontis totius gratiæ, ergo cum Paulus dicit: *Non ex operibus*, omnia opera excludit. Sicut etiam. 2. ad Timoth. 1. ait Paulus: *Vocatus nos vocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propostum suum, & gratiam*, aperte excludit opera solius liberi arbitrii, nam ante vocationem Dei alia intelligi non possunt. Item ad Tit. 3. cum ait, *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis* &c. per opera iustitiæ non intelligit tantum opera iustitiæ humanæ, & liberi arbitrii suis viribus operantis, sed simpliciter omnia opera iustitiæ quocumque auxilio facta, quia per nulla omnino opera nos mereri potuimus donum redemptionis, vel regenerationis, de quibus Paulus loquitur. At vero ad Ephes. 2. cum ait: *Gratiæ estis saluati per fidem & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur.* Specialiter excludit opera antecedentia fidem, ac proinde illa opera excludit, quæ ex naturali libertate, & ratione procedunt. Vnde singulariter ait: *Et hoc non ex vobis* id est, non vestris viribus, quia fides donum Dei est, & ideo non ex operibus, vtique antecedentibus fidem, & sine speciali Dei dono factis.

Quocirca licet negari non possit, Paulum in epist. ad Roman. præcipue intendere contra Iudæos, iustificationem nostram non in lege, neque in operibus eius, aut liberi arbitrii suis viribus operantis, & custodientis legem, sed in fide Christi fundatam esse, & ideo ex gratia Dei, ac donum Dei esse, nihilominus simul etiam docet, ipsammet formalem iustificationem, quæ nobis per gratiam datur, gratis simpliciter dari, non tantum remote, & radicaliter ratione sui initii gratuiti, sed etiam in se, & immediate prout per fidem viuam illam impetramus, quia etiam ex suppositione talis fidei, & dispositionis, nunquam datur vt debita simpliciter, neque vt merces, seu corona iustitiæ, sed vt magna Dei misericordia. Et hic est sensus Pauli ad Roman. 3. vbi cum dixisset, *Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum*, subdit: *Iustificati gratia per gratiam ipsius*, id est, per infusionem gratiæ suæ, quæ dicitur iustitia Dei, non quia ipse iustus est (vt ait August. de Spiritu. & liter. c. 9.) sed quam nobis ipse infundit, & per quam nos iustificat, id est, iustos facit gratis, quia licet per fidem illam obtineatur, nihilominus gratis nobis infunditur, non solum quia fides gratis nobis data est, sed quia in se nouum donum gratuitum est, id est, non ex debito iustitiæ, ac proinde nec ex merito de condigno datum, vt recte, & conformiter ad Concilium Trident. exposuit ibi Toletus annotat. 20.

Et hunc sensum confirmat discursus eiusdem Pauli statim in cap. 4. vbi adducens verba illa Genes. 15. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*, maxime ponderat (vt supra vidimus) verbum *reputatum est*, vt inde colligat, non ita fuisse Abraham per fidem iustificatum, vt iustitia fuerit data ex debito, & tanquam merces fidei: nam merces (ait) non impatur secundum gratiam, sed secundum debitum, fides autem reputata est Abraham ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Atque hoc modo distinguit credentem ab operante, quia licet ipsum credere sit

Paulus opera etiam sit per naturam ab homine nondum grato facta excludit meritum veritatis.

15.
Neque in
dispositione
proxima
significat
Paulus meritum simpliciter respectu gratiæ proxime sanctificantis.

16.
Id confirmatur ex eodem Paulo

fit etiam opus hominis, nihilominus fides ad iustitiam, & remissionem peccatorum obtinendam non consideratur, ut opus hominis, nec ut meritum hominis, nec ut meritum, sed reputatur ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei volentis, illam fidem, & gratiam acceptare, ut sufficientem dispositionem ad iustitiam, etiam si ipsa fides cum aliis dispositionibus non faciat debitam gratiam ipsam, & remissionem peccati, tanquam mercedem iustitiæ. Et in eodem sensu expendit statim Paulus verba Pf. 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, & beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*, ut in lib. 7. cap. 10. satis declarauimus. Denique illa duo, nimirum, quod habitualis gratia, & in radice fidei, & aliarum dispositionum, quæ necessaria sunt, & per fidem exhibentur, & in se etiam gratia detur, & utroque modo veram rationem gratiæ habeat, inter se non repugnant, ut est per se notum, & utrunque est consentaneum verbis Pauli, & simul iuncta magis commendant gratiæ Dei abundantiam, & necessitatem redemptionis Christi, quia non solum fuit necessaria, ut nobis fides, & poenitentia daretur, sed etiam ut credentibus, & poenitentibus gratia sanctificans, & excludens peccatum infunderetur: ergo non est ab hoc vero sensu Pauli recedendum.

17.
Scripturis
alys robo-
ratur.

Accedit, quod huic sensui, ac veritati alix Scripturæ promissiones, & testimonia consonant. Vnum est illud Isai. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum emite, & comedite, venite, & emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & Lac*. Vbi Propheta non vocat infideles, ut credant, sed, ut Hieronymus ibidem ait, *Vocat credentes, ut bibant aquam illam, de qua dixit Christus Ioan. 4. Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, & c.* 7. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui biberit de aqua, quam ego dederò ei, flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Significans (ait Hieron.) *Spiritum sanctum, quem accipitur ante credentes, id est, sanctificantem gratiam, ut in eisdem locis cæteri omnes exponunt, ergo iuxta intentionem Propheta, etiam credentes non possunt condigno pretio emere, nec aliquid æquiualens pro illius commutatione offerre valent, vocantur ergo, ut gratis illam accipiant. Vnde subdit ibidem Hieronymus: Nec timeant paupertatem, si argentum forte non habeant, sed audiant Apostolum dicentem: Gratia estis saluati per fidem, ad Ephes. 2. Et in eodem sensu optime intelligi etiam potest illud Apocalyp. 22. *Qui sitit, veniat, & qui vult accipiat aquam vitæ gratis*. Hoc enim proprie de gratia ipsa dicitur, & non de gloria, nisi ratione gratiæ sanctificantis, ut infra dicemus.*

18.
2. probatur
à quibusdā
assertio ex
Concil.

Secundo potest hæc veritas ex Conciliis, & Patribus confirmari. Et quidem Medina supra refert Concilium Mileuitanum, & Arausicanum, dicens in illis esse veritatem hanc definitam. At vero in Mileuitano nullum verbum de hac re inuenitur. In Arausicano, vero solum ad rem præsentem aliquid facere potest canon. 18. qui sic habet. *Debetur bonis operibus merces, si fiant, sed gratia præcedit, ut fiant*. Ibi autem non explicat Concilium, de qua gratia, nec de quo merito loquitur. Et certe in omnibus præcedentibus canonibus, in quibus de necessitate gratiæ ad bene operandum tractat, non de habituali gratia, sed actuali, id est de diuina inspiratione, illuminatione, & adiutorio loquutum fuerat, præcipueque intendit contra Semipelagianos excludere omne meritum, siue de condigno, siue de congruo, respectu totius gratiæ, seu initii iustificationis, & ideo ex illo canone solum est certum, gratiam Dei aliquam præcedere ad omne meritum, ac subinde gratiam absolute non posse cadere sub meritum, quod absolute gratiam etiam præcedat. Et quanuis ille canon possit cum partitione accommoda intelligi, ad gratiam

auxiliantem præcedere meritum de congruo, gratiam vero habitalem præcedere meritum de condigno, & distinctio sit optima, sanamque, & catholicam doctrinam contineat, nihilominus dicimus, ibi non esse traditam distinctionem, & ideo neque membra eius, præsertim secundum, ibi esse definita.

Allegari etiam solet, quod in cap. 25. idem Concilium dicit, *Displacuit amari sumus, ut fieri in nobis, unde Negamus placemus*. Nam tunc amamur à Deo, quando nobis charitatem, & gratiam sanctificantem infundit, ut statim significat, dicens: *Diffundit enim charitatem in cordibus nostris*: ergo ante illam non habet homo, unde placeat, nedum de condigno mereri. Sed hæc in eodem sensu dicta sunt: nam etiam dicimur amari à Deo, quando in peccato exilientes ab ipso vocamur, illuminamur, & inspiramur, nam ratione illius gratiæ verum est illud: *Quis prior dedit ei, & retribuetur ei?* & illud: *Non quasi nos dilexerimus prius, sed qui prior ipse dilexit nos*. Potest tamen inde sumi congrua ratio, quia ille amor Dei est quasi inchoatus, consummatur autem in sanctificatione, & in infusione iustitiæ, ideo prior Dei amor non sufficit, ut fiat in nobis, unde illi condigne, & perfecte placeamus, sed ad summum imperfecte, & secundum quid.

Allegant præterea Auctores nonnulli cap. 5. & 20. canon. 1. & 2. sess. 6. Concilii Tridentini. Sed ibi Concilium loquitur contra Semipelagianos, & necessitatem gratiæ ad omnem piam operationem, seu meritum quomodocunque & ad exordium iustificationis tradit. Vnde vel loquitur de actuali gratia, vel indifferenter de gratia, quæcunque illa sit. Solum ergo doctrina eiusdem Concilii in cap. 8. maxime ad rem præsentem facit, prout à nobis in lib. 7. capit. 14. ponderata, & intellecta est. Tamen quia illa expositio non est certa, ideo dicere quidem possumus, theologice optime probari assertionem illo testimonio, non tamen ad certitudinem fidei, imo neque ad absolutam certitudinem theologicam solum illud testimonium sufficere, licet cum aliis circumstantiis multum conferat. Nam docet Concilium, particulam illam *gratis*, ita semper in Ecclesia fuisse intellectam, ac traditam, & consensus omnium Theologorum ostendit, hunc fuisse semper Ecclesiæ sensum, quod particula *gratis* excludat meritum de condigno, respectu formalis iustificationis, & remissionis peccati, ergo hoc etiam voluit docere Concilium. Et inuauit, quod idem Concilium infra cap. 16. & can. 32. agens de merito de condigno, solum homini iustificato, & Christo ut viuum membrum vnito illud tribuit. Et ideo solum docet mereri de condigno augmentum gratiæ, cum tamen de merito gloriæ aliter loquatur, ut infra expendemus.

Inducuntur præterea innumera Augustini testimonia, quæ nimis tumultuarie allegantur, quia sine Necessitate dubio frequentissime loquitur de prima gratia auxiliante, & excludit omne meritum eius siue perfectum, siue imperfectum. Vnde consequenter loquitur de merito fundato in quocunque opere, quod ex eo vero auxilio gratiæ non procedat. Ac denique quando in hoc sensu negat, posse hominem mereri suam iustificationem, non loquitur de solo termino (ut sic dicam) iustificationis, sed de tota mutatione ab initio vocationis ad fidem, & poenitentiam vsque ad remissionem peccatorum, cuius signum manifestum est, quia quando in ipsa iustificatione distinguit initium eius, & terminum, id est, inter fidem cum eius initio, & remissionem peccatorum, fatetur remissionem peccatorum cadere sub aliquo merito, quanuis diserte non explicet, quale illud sit. Hic sensus Augustini manifestus est ex epist. 105. ubi cum prius neget, posse hominem mereri suam iustificationem, postea concedit, posse hominem per fidem mereri remissionem peccatorum, & addit hoc non ob stare, quominus remissio peccatorum gratis fiat, quia illud meritum gratia præcedit, ut heretici

Non tamen
in citato li-
co Arausica
traditur.

Vndeque
canon inde
facitur
ratio.

N
ep

verba eius non longe à principio illius epistolæ sunt. Nulla igitur sunt merita iustorum? Sunt plane, quia iusti sunt. Sed ut iustificent, merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt: sed sicut dicit Apostolus, iustificati, gratis per gratiam ipsius. Et infra loquens de gratia, quam Apostolus commendat, inquit, Ea est enim, qua iustificatur impius, id est, fit iustus, qui prius fuerat impius, & ideo percipienda huius gratia merita nulla præcedunt. Ecce ubi gratia sanctificantis omnia merita excludere videtur. At statim Paulo post subdit. Possunt quidem dicere, remissionem peccatorum esse gratiam, quæ nullis præcedentibus meritis datur. Quid enim boni meriti habere possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, quia fide ille dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito fidelis humilitatis. Vnde ad conciliandam hanc posteriorem sententiam cum priori subiungit: Restat igitur, ut ipsam fidem non humano tribuamus arbitrio, nec illis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcumque merita, sed gratiarum donum esse fateamur, si gratiam veram, id est, sine meritis cogitamus. Ex quo discursu constat, cum Augustinus dicit, non esse meritum ante iustificationem, loqui de tota iustificatione, etiam inchoata, respectu vero iustificationis quoad terminum eius, scilicet, remissionem peccatorum, quæ per primam gratiam habitalem fit, admittere meritum, fundatum tamen in priori gratia inchoante iustificationem, quod satis esse credit, ut ipsa etiam peccatorum remissio gratis dari dicatur. Et eodem modo paulo post subdit, in oratione, qua impetratur remissio peccatorum, esse aliquod meritum, sed illud etiam esse ex priori gratia Spiritus Sancti. Et infra: Quod est meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne meritum nostrum non in nobis faciat, nisi gratia? Et quod difficilior est eodem modo statim arbit. cap. 20. loquitur de vita æterna, dicens, dari ex meritis, & nihilominus ait, gratiam vocari ad Rom. 6. ac subinde gratis dari, quia ipsa meritis, propter quæ datur, sunt ex gratia. Ita ergo censere videtur de remissione peccatorum, vnde paulo inferius quid sub gratia iustificationis, quæ ante omne meritum datur, intelligat, sic exponit: Nec quisquam liberatur, ac iustificatur, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum non solum remissione peccatorum, sed prius inspiratione fidei ac timoris Dei impartito salubriter orationis affectu, & effectu.

Simili modo in epist. 106. parum ab initio prius sic inquit: Si aliquid boni operatur homo, ut gratiam mereatur, non ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, &c. Vnde statim concludit: Si autem credit in eum, qui iustificat impium, ut deprecat fides eius ad iustitiam, profecto antequam gratia iustificetur, id est, iustus efficiatur, impius quid est, nisi impius? id est, supplicio dignus. Et nihilominus subdit statim. Siquis autem dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, imo vero gratissime consuevit. Et responsionem innotuans, adiungit. Qui habent fidem, qua impetrent iustificationem, per Dei gratiam perueniunt ad legem iustitiæ. Quasi dicat, illud meritum fidei non repugnare gratiæ iustificationi, quia fundatur in gratia. Et infra eos tantum in hoc puncto errare significat: Quisquis meritis premia, tanquam debita expectant, nec ipsa merita Dei gratia tribuunt, sed viribus propriæ voluntatis. Et infra iterum obiciens: Si ex fide, quomodo gratis? respondet. Cum Deus viuens, partitur mensuram fidei, non gratiam aliquid meritis præcedit humani, &c. Eandem doctrinam habet epist. 46. ubi merita tantum humana, id est, sine gratiæ auxilio facta damnant, non vero merita piorum: Quia gratia (inquit) & misericordia Dei conuertit hominem, ut iustificetur impius, hoc est, ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, quod Deus coronabit, cum iudicabitur mundus. Et in eodem sensu in aliis locis solum damnat Pelagium, quod prioribus meritis mere humanis tribueret subsequenti gratiæ dona: non vero si tribuantur prioribus meritis de gratia, ut videtur li-

Pars 3.

cet l. de Grat. Christi c. 22. & 23. & l. contra duas epi. Pelag. c. 9. & 10. & Præfat. ad Pf. 31. & l. de grat. & l. arb. c. 6. & l. de Prædestinat. Sanctior. cap. 5. 15. & 21. & lib. 3. Hypognost. c. 6. 7. & 10. & in Enchir. c. 106. & 107. l. 83. Quæstion. 7. 76. lib. de Patient. cap. 20. & ser. 15. de Verb. Ap. c. 2. & 13.

Præterea iuxta eundem sensum sæpissime reperit Augustinus, sicut Paulus dixit: Si ex lege iustitia, ergo gratis Christus mortuus est, ita dici posse, si ex natura iustitiæ, ergo gratis Christus mortuus est: & sicut Paulus dixit: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, ita dici posse, Euacuati estis à Christo, qui in natura iustificamini, à gratia excidistis. Ita habet lib. de Natur. & grat. cap. 40. & lib. de Grat. & lib. arb. c. 13. & de Spirit. & liter. cap. 9. Ex quibus omnibus non solum apparet, ex doctrina Augustini probari non posse, primam gratiam habitalem non cadere sub meritum vitæ dispositionis ad illam, verum potius oppositum posse ex mente eius suaderi, tum quia in citatis locis expresse dicit, hominem mereri remissionem peccatorum, nihil de merito distinguens, tum etiam, quia tract. 44. in Ioan. de publicano, qui oculos in terram demittens, & pectus suum percutiens dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori, ait: Et ista confessio meruit iustificationem: cum denique quia tale meritum, etiam si dicatur esse de condigno, semper erit fundatum in aliqua priori gratia, & hoc satis esse putat Augustinus, ut gratiæ non repugnet.

His vero non obstantibus, dicendum censeo, sententiam Augustini fuisse, non dari in homine perfectum iustitiæ meritum, donec sit vere iustificatus, id est, ex impio iustus, & amicus Dei factus: licet ante consummatam iustificationem post illam inchoatam esse possit in homine aliqua inchoatio meriti, quod nunc meritum de congruo appellamus. Hanc posteriorem partem probant omnia adducta, & de illa inferius in posteriori parte huius libri capi. 37. redibit sermo. Prior vero in primis colligi potest ex citatis epistolis, in quibus ita loquitur, ut sicut fidei tribuitur initium salutis, ita tribuat inchoationem meriti, & sic etiam l. 1. Retract. c. 23. approbat, quod super epistolam ad Rom. dixerat: Fides inchoat meritum, dummodo intelligatur, illud meritum esse ex gratia, quod prius negauerat. Nunquam autem Augustinus tribuit fidei per se spectatæ perfectum meritum, sed quandam eius inchoationem. Secundo in dicta epist. 105. parum ante medium discrimen constituit inter vitam æternam, & iustitiam, quod vita æterna, licet interdum in Scriptura vocetur gratia, frequenter vocatur merces, & potest vocari stipendium iustitiæ, ac fides (inquit) vel iustitia nunquam appellata est merces, quia iustitiæ, vel fidei redditur merces, & hoc est merces operanti, quod militanti stipendium. Sic ergo nos argumentari possumus, quia nunquam in Scriptura remissio peccatorum appellatur merces, nec promittitur sanctificatio prima, tanquam stipendium operis, sed merces dicitur esse propria iustorum.

Tercio est similis locus in dicto l. de Grat. & l. arb. c. 6. ubi cum dixisset, per Dei gratiam inchoari bonum meritum in nobis, nihilominus tractans inferius illud Pauli: Bonum certamen certavi, &c. Ista (inquit) merita sua bona commemorat, ut post bona merita consequatur coronam, qui post mala merita consequutus est gratiā. Et infra: Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiā misericors pater? Vbi nomine gratiæ non solum auxilium, sed etiam sanctificantem, & excludentem peccatum intelligit, ut verba etiam sequentia declarant. Et quomodo esset ista coronā iustitiæ, nisi præcessisset gratia, qua iustificatur impius? Vnde videtur mihi sub nomine gratiæ, & iustitiæ, quæ ad perfectum meritum supponitur, quasi collectivè comprehendere Augustinum totam præparationem ad gratiam iustificantem, includendo illam, & remissionem peccatorum, & ante hanc gratiam completam non inueniri meritum, cui coronā iustitiæ respondeat, licet inter ea, quæ in illa collectione inclu-

Vv

inclu-

23

Nec ex alijs
cuius senten-

24.

Nihilomi-
nus varijs
in locis stat
Augustinus
pro assert.

25.

Locus alijs
August. pon
deratur.

includuntur, inchoatio quædam meriti intercedat. Et ideo comparatione vitæ æternæ illa vocat gratuita; cū subdit: *Quomodo ista* (id est vitæ æternæ, seu coronæ iustitiæ) *tangam debita redderetur, nisi prius illa gratuita donarentur?* Vbi pondero, quam in singulari gratiam sanctificantem vocauerat, hic in plurali vocare dona gratuita, quia illa gratia collectivè una est, tamen multa includit, in quibus nullum est meritum, respectu alterius, quod dici possit coronæ iustitiæ, quia non est condignum, & iustitiæ, licet aliqua inchoatio meriti inter ea possit intercedere.

26. Quarto ad hoc ponderari possunt multa loca, in quibus Aug. dicere solet, meritum iustitiæ, id est, perfectum, & de condigno, non præcedere iustificandū, sed sequi iustificatū. Nam meritum fidei, vel solius, vel cū aliis dispositionibus necessariis ad infusionem gratiæ sanctificantis, semper est meritum hominis iustificandi, id est, existentis in via, & quasi in fieri, ut iustus euadat, ergo ex sententia Augustini, in illo homine, ut sic operante, nondū est perfectum meritum iustitiæ, sed tantum in operibus, quæ consequuntur hominē iam iustificatum. Illo autem modo loquitur Aug. in ea verba Pl. 110. *Confessio, & magnificentia opus eius, sic enim inquit: Iustitiam homo non operatur, nisi iustificatus.* Et infra. *Vnde ergo illa confessio?* scilicet publicani peccatoris. Respondet. *Nondum quidem opus iustitiæ, sed delicti improbatio. Sed quoquo modo se habeat, nec in ipsa de te homo glorietur.* De illa autem confessione dixerat (ut supra notavi) tract. 44. in Ioan. per illam meruisse publicanum peccatorum veniam: quid est ergo quod nūc ait nondum fuisse opus iustitiæ, nisi quia nondū erat opus perfecti meriti ex iustitiā, eo quod non esset opus hominis iam iustificati, sed tendentis ad iustitiā. Et in eodē sensu dixit de fide, & operibus c. 14. *Sequitur opera legis iustificatum, non antecedunt iustificandū.* Et verba similia habet de Spir. & lit. c. 29. suntq; (ut in superiorib; tetigi) cum partitione accommodata intelligenda: nam opera, quæ sunt præparationes ad iustitiā, sequuntur ex quadam inchoatione iustitiæ, & aliquo modo antecedunt perfectionem eius, opera autē perfectæ iustitiæ sequuntur absolute, & simpliciter iustificatum. Et huc etiam pertinet, quod l. 1. ad Simplicia q. 2. in principio dicit: *Fiant inchoationes quadam fidei conceptionibus similes non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est, ut ad vitam perveniat æternam.* Nihil tamen horum sine gratia misericordie Dei, quia & opera si qua sunt bona, consequuntur illam gratiam, non præcedunt. Illæ ergo operationes, quæ licet auxiliantem gratiam sequantur, sanctificantem, & regenerantem gratiam antecedunt, solum sunt inchoationes quædam tam iustificationis, quam meriti, quia ut in aliis locis citatis dicit, sunt ab Spiritu Sancto mouente, nondum tamen inhabitante: & ideo non potest illud meritum esse perfectum, & ex iustitiā, nec ad vitam æternam sufficiens, donec homo vere iustus fiat, & Spiritum sanctum inhabitantem habeat, quod necesse est fieri sine tali merito, cum ad illud antecedere debeat. Et cum eadem proportionem accipiendum est, quod infra dicit: *Quomodo potest quis iuste vivere, qui non fuerit iustificatus?* & cætera, quæ ibi profequitur.

27. Augustinum imitatus est vbiq; Prosper. Vnde in eodem sensu accipiendum est, quod ad Gallos c. 6. dicit: *Iustificatus homo, id est, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito accipit donum quo medio acquirit & meritum, ut quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, & per industriam liberi augeatur arbitrio.* Vnde in epigrammate de iustitiā, & gratia, sic inquit, *Iustitiæ merces gemina est, vel cum bona recit, vel prauis digne cum mala restituit.* *Saluatricem autem cunctorum gratia Christi.* *Non pensans meritum, diruit omne malum.* Deniq; alij etiam Patres absolute de merito loquentes illud à iustificatione excludunt, Hieron. dialog. 2. contra Pelag. versus finem *Pro nihilo, inquit, saluos facies illos, haud dubium, quin iustos, qui non proprio merito, sed*

Dei saluantur clementia. Sic etiam Greg. l. 18. Moral. c. 22. alias 24. de gratia Christi interpretatur illud, quod de diuina sapientia scriptum est: *Nescit homo pretium eius.* Et ait. *Huius sapientie pretium nescire, est dignum operis meritum, quo illam percipiat, non inuenire.* Et infra ita concludit. *Homini quippe meritum diuina gratia non vt veniat, inuenit, sed postquam venerit, facit: atque ad indignam mentem veniens Deus dignam sibi exhibet, veniendo & facit in ea meritum, quod remuneret.* Et lib. 1. Reg. suo cap. 4. circa capitis 6. verba: *Si forte reuelet manum suam a vobis, dicit, per illa significari difficultatem reconciliationis per penitentiam. Quæ profecto reconciliationis difficultas (inquit) si in penitentium assumptione tenetur, apud omnipotentem Deum nequaquam inuenitur, & c.* Et optime Ambr. Rom. 11. circa id: *Significatio iam non ex operibus. Manifestum est (inquit) quia gratia donum Dei est, non debita merces operibus sed gratuita ratione, misericordia interveniente concessa.* Quod infra magis exponens, ait, *quia veniam dare peccantibus non aliud, quam gratia est, his, qui non requirunt, sed offertur illis, ut credant. Duplex ergo gratia est, & hoc competit Deo, ut quis abundet misericordia, & vt requirat, quos gratis curat.* Et videri etiam potest Bern. ser. 67. in fine cum ferm. 68. in Cantic.

Vltimo probatur ratione assertio, supponendo tamquam certum, quod supra probatum est, contritionem, vel primam dilectionem Dei super omnia esse veram causam infusionis primæ gratiæ per modū vltimæ dispositionis ad illam, ac proinde nō perfecte, ac formaliter sanctificare animam, sed præparare sufficienter illam, ut per subsequentem habitalem gratiam sanctificetur, quod totum in Conc. Trid. traditū est, ut supra declaratum, & probatū est. Iam igitur argumentor in hunc modū, quia vel ille actus vltimæ dispositionis consideratur, ut ordine naturæ antecedens gratiam habitalem, vel vt formatus per illam, neutrum autem dici potest. Nō quidem primum, quia ille actus vt prior gratia, nō est formatus, nec est ab homine grato, neq; per se reddit illum gratū, ergo non potest esse meritorius de condigno apud Deum, quia supra ostensum est, vnā ex conditionibus necessariis ad meritū de condigno esse, vt sit à persona grata, vel saltem gratia formata. Neq; dici potest secundū, quia actus non potest esse meritorius de condigno illius formæ, per quam in esse talis meriti constituitur, sed vltima dispositio si quam habet rationem meriti de condigno in illa constituitur, seu completur per ipsam primam gratiam, ergo non potest eandem gratiam de condigno mereri, quia, vt supponimus, principium meriti nō potest cadere sub meritū, saltem secundū legē ordinariā, ipsiq; rebus cōnnaturalē, prout nunc loquimur. Atq; hoc modo nō pendet hæc ratio, vel assertio ex quæstione illa, an vltima dispositio ad gratiā, procedat effectiue ab habitu gratiæ, vel charitatis, nec ne? nā ratio in vtraq; opinione æque procedit. Quia si dispositio illa procedit effectiue à gratia, eo ipso nō potest esse meritoria sui principii, quod est ipsa gratia prima: imo iuxta illud fundamentum re vera talis actus non est dispositio præparans subiectum ad habitalem formam, sed est consequens illam. Si vero (vt veritas habet) non procedit effectiue ab habitu gratiæ vt sit ab homine, per solum auxilium, non potest esse meritoria de condigno subsequentis habitus, quia non procedit ab homine sancto, & Dei amico, sed tendit potius ad sanctitatem, & amicitiam obtinendam, & ideo, vt sic, non potest meritum perfectū habere. An vero possit in ea proprietate meriti perfici per gratiam, quæ ratione illius dispositionis in eodem instanti infunditur, postea videbimus, quod nō potest ita perfici in ordine ad eandem gratiā propter rationē factam, quod meritum illud, vt perfectū est subsequens primam gratiam non antecedens, etiam ordine naturæ, & ideo non potest esse tale meritum, respectu eiusdem gratiæ. Atq; hæc ratio magis sequenti assertione confirmabitur.

Secundo enim consequenter ad præcedentem assertio-

Secundo. assertioem dicendum est, non posse peccatorem de condigno mereri remissionem peccati mei talis quoad culpam. Quia assertio non est minus certa, quā prece-
Secundo. deus. Primo quia ex illa sequitur, eum qui nō mere-
Secundo. tur introductionem formæ expellentis aliam, nec ex-
Secundo. pulsionem alterius mereri posse. Secundo quia magna
Secundo. pars primæ iustificationis est remissio culpæ mortali-
Secundo. tis, ergo peccator nō potest suam primam iustificatio-
Secundo. nem de condigno mereri, nec remissionem peccati
Secundo. mortalis mereri potest. Tercio quia Paulus cū dicit,
Secundo. hominem gratis iustificari, de remissione peccatorū
Secundo. potissime, & interdum specialiter loquitur, vt de c. 4
Secundo. ad Rom. supra specialiter ponderauimus. Et Concil.
Secundo. Trid. loquens de iustificatione, vt est transmutatio
Secundo. ab statu peccati ad statum gratiæ, & includit tam re-
Secundo. missionem peccati, quam renouationem gratiæ, nul-
Secundo. lam causam meritoriam illius assignat præter Domi-
Secundo. num nostrum Iesum Christum, & æque gratuito res-
Secundo. pectu nostri dicit, Deum nos abluere, & sanctificare.
Secundo. Quarto quia supra ostendimus, hominem per actus
Secundo. suos quantumuis perfectos, & à gratia procedentes
Secundo. nō posse ad æqualitatem satisfacere pro culpa sua mor-
Secundo. tali, ergo nec potest de condigno mereri illius remis-
Secundo. sionem. Consequenter videtur euidenter, tum quia illa
Secundo. duo vel æqualant, vel certe minus esse videtur, ob-
Secundo. ligare alium de iustitia, vt remittat debitum non so-
Secundo. lutū, quam illud solvere, tū etiam quia eadem est ra-
Secundo. tio impotentis, & mirū, quod ante remissionem pecca-
Secundo. ti persona nō est sancta, nec amica. Vnde sicut est im-
Secundo. potens ad satisfaciendum, ita & ad merendum de condi-
Secundo. gno, & obligandū Deū ex iustitia, vt offensam remit-
Secundo. tat. Quapropter auctores omnes, quos in dicto c. lib.
Secundo. 8. allegauimus, negantes satisfactionem æqualem pro cul-
Secundo. pa mortali esse possibilem, ei, qui illam commisit, pro
Secundo. hac etiam assertione allegari possunt, & omnia ibi in
Secundo. probationem adducta illam confirmant.

30. Nec noua obiectio hic occurrit, nisi forte iuxta o-
30. pinionem, quæ dicit, contritionem perfectā, seu dile-
30. ctionem Dei super omnia, per se ipsam expellere cul-
30. pam mortalem, etiam si non ab habitu, sed ab auxilio
30. gratiæ procedat: nam tunc videtur homo satis condi-
30. gne promereri remissionem peccati. Veruntamen illa
30. sententia falsa est, & à doctrina Concil. Trid. dissona,
30. vt in dicto loco ostendi. Deinde etiam illius opinio-
30. nis sectatores nō audent concedere peccatori mereri
30. de condigno remissionem peccati mortalis. Rationē autē
30. reddunt, quia tale meritū necessario supponit gratui-
30. tam collationē auxilii ad contritionem necessariā, quæ
30. gratuita donatio includit remissionem debiti caren-
30. di tali auxilio, quod per peccatū homo contraxerat.
30. Sed hanc rationem supra refutauimus, quia esto suppona-
30. tur illa gratia, & remissio cuiusdam pœnæ debitæ ra-
30. tione peccati, non ideo remissio eius peccati supponi-
30. tur, quia longe aliud est, non exequi omnem pœnam
30. quam culpam remittere, & primum stat bprime sine
30. secundo. Nam etiam per peccatū meretur homo pri-
30. uari omni diuina inspiratione, & illuminatione, & ita
30. quando Deus peccatori sanctum desiderii inspirat,
30. aliquid quidem de rigore pœnæ gratis remittit,
30. non tamen ideo culpā dimittit, ergo, si facta illa prio-
30. rigratia concessio auxilii, actus ab homine cū au-
30. xilio factus est sufficiens per se sine alia gratia ad ex-
30. pellendam culpam, illa prior gratia non obstat
30. merito de condigno remissionis culpæ, etiam si ob-
30. stet remissioni totius pœnæ, saltem quantum ad illam
30. veluti partialem, quæ dimissa supponitur.
30. Vnde magis consequenter in illa opinione dici pos-
30. set, hominem tunc non mereri remissionem peccati,
30. sed potius nō indigere illa, quia supposita priori gra-
30. tia, & remissione illius pœnæ, ipse homo cum illo au-
30. xilio peccato xilio, à se efficaciter expellit culpam, quæ expulsa non
30. re contritū habet locum remissio, & ideo nō est, quod illam me-
30. non egeret reatur. Nam fieri nō potest, vt actus suum effectū for-
30. malem mereatur, quia primum meriti expectatur
30. ab alio, apud quem homo meretur, effectus autē for-

Pars 3.

malis actus, non expectatur ab alio, sed per se, & natu-
 raliter ab ipso actu fit, ergo si actus contritionis for-
 maliter expellit culpam, nō meretur, sed facit expul-
 sionem peccati. Accedit, quod etiam tunc non potest
 meritum talis actus antecedere ordine naturæ expul-
 sionem peccati, quia actus non fit, nisi in potentia, &
 ex ipsa, & ideo non prius est, quam informet potētia,
 & suum contrariū expellat, ergo posita illa hypothe-
 si non est possibile tale meritum remissionis culpæ.
 Veruntamen ex hoc ipso sequitur, peccatum quoad
 culpam non tolli per remissionem Dei, sed per solam
 operationē hominis cū priori auxilio factā: ac proin-
 de in remissione peccati quoad culpam nullam aliā
 gratiam ex parte Dei necessariam esse præter donati-
 onem auxilii. Hoc autem magnum absurdum est, &
 Scripturis contrariū, vt ibidem ostendi. Et ideo per-
 sistendum est in illa ratione, quod talis actus factus
 ex auxilio à tali persona, semper deficit à ratione me-
 riti de condigno propter personæ conditionem.

Quin potius licet quis dicat, illum actum effectiue
 procedere ab ipsa gratia habituali, adhuc non posset
 dici peccator per illum actum mereri de condigno re-
 missionem peccati, quia vel gratia expellit peccatum
 prius natura, quam actum efficiat, & ita non potest
 homo per eandem gratiam operando mereri, quod
 iam factum est: vel è contrario prius natura efficit a-
 ctum, quam expellat peccatum, & sic non est ille actus
 à persona plene sanctificata, & amica Dei, ideoq; neq;
 ad merendum de condigno est apta. Quæ ratio loci
 habet, etiam si supponatur contritio non procedere
 ab habitu, sed ab auxilio, quia tūc ordine naturæ sim-
 pliciter præcedit contritio tam infusionem gratiæ,
 quam remissionem peccati. Quod si inter hæc duo a-
 liquis ordo consideretur, ita vt prior sit gratiæ infu-
 sio, quam remissio peccati, adhuc non intelligitur
 contritio meritoria de condigno remissionis pecca-
 ti pro aliquo priori signo, tū quia ille ordo magis est
 rationis, quam causæ realis, & mutuo inter illa
 duo considerari potest, vt supra l. 8. dixi, tum maxi-
 me quia quandiu persona non intelligitur à peccato
 libera, non intelligitur sufficienter, & integre sancti-
 ficata, vt possit esse principium merendi de condi-
 gno: & ideo nunquam potest tale meritum præcede-
 re remissionem peccati, ac proinde neque illius esse
 causa. Et ideo illa etiam conditionalis à Richardo
 posita: si contritio formata antecedit remissionem peccati,
 meretur illam de condigno, admittenda non est, quia si
 contritio intelligatur formata per solum habitum
 gratiæ præcise spectatum, vt efficientem animam an-
 te expulsionem peccati, sic non est plene formata, nec
 sufficienter ad meritum de condigno, vt ostensum
 est. Si vero intelligatur plene formata per integram
 hominis sanctificationem, iam supponitur remissa
 culpa, & non habet locum meritum eius. Atque ita
 in ipsamet hypothetica propositione implicatio in-
 uoluitur.

Vltimo dico, non posse hominem mereri de condi-
 gno remissionem æternæ pœnæ. Hoc æque certum
 est, ac præcedentia, & eodem modo probari potest
 ex Scripturis, & Patribus, quia eodem modo de re-
 missione æternæ pœnæ, & culpæ mortalis loquun-
 tur, & sicut pœnitentibus offertur peccati remissio
 non ex iustitia, sed ex misericordia, ita etiam simul in
 dulgētia æternæ pœnæ promittitur. Et ratio est, quia
 reatus æternæ pœnæ est radicatus in ipsa culpa, imo
 Scot. & alii existimant, esse omnino idem, ex quo
 principio optime sequitur eandem esse vtriusque re-
 missionem, & consequenter eodem modo gratis, ac
 sine merito concedi. Tamen quia verius est, illam esse
 aliquo modo distinctam, addimus, culpam ipsam
 esse veluti essentiam, & radicem, reatum autem æ-
 ternæ pœnæ esse veluti proprietatem manantem, &
 dependentem à forma, & quasi ramum à radice ex-
 ortum. Vnde sicut succissa arbore in trunco, vel ra-
 dice, necessario rami cadunt, & exclusa forma aufe-
 runtur

V V 2

runtur

runtur passionibus, ita remissa culpa consequenter, & necessario auferri reatum æternæ poenæ, & ideo iam non habere locum meritum remissionis eius. Quia (ut ita dicam) non per se remittitur, sed cum culpa ipsa conremittitur.

34. *Solutur ratio dubitandi.* Ad rationes dubitandi in principio positas facilis est ex dictis responsio. Ad primam respondemus, negando illam exclusivam vniuersalem, Paulum solum docere, iustificationem fieri gratis ratione sui iustitii, nam etiā dicit, fieri gratis in suo termino, gratis (inquam) ex misericordia, & condonatione Dei, & non ex iustitia, neq; ex proprio debito. Et in eodem sensu loquutus est Augustinus, ut satis declaratum est. In secundo argumento primum Iacobi testimoniū nihil ad rem facit, quia Iacobus loquitur de iustificatione quoad augmentum iustitiæ, & ita ex eo loco probat Concil. Trid. mereri iustos perfecte augmentū gratiæ, non ipsam gratiam primam. Quod in dicto lib. 8. latius tractatum est, conciliando testimonia Pauli, & Iacobi, quæ in specie verborum contraria videbantur. Aliud vero Iohannis testimoniū primo, & fortasse ad litteram de peccatis venialibus intelligitur, nam proxime dixerat: *Si dixerimus, quoniam peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Quod de peccatis venialibus intelligendum est, ut vniuersaliter verum de lege sit, ut supra vidimus. Peccatorū autem venialium remissio, quādo per se fit sine mortalibus, recte iustitiæ Dei tribuitur, quia eorū remissionem potest iustus de condigno mereri, ut tom. 1. 3. p. disp. 4. sect. 11. tractauit. Atq; ita exposuit illud testimoniū August. 1. de Corrupt. & grat. c. 13. Secundo licet verba illa generaliter intelligantur de peccatis, cum partitione accommodata possunt ad mortalia, & venialia applicari. Nam quia Deus est fidelis, remittit peccata mortalia penitentibus, & quia est iustus, venialia iustis ea consentientibus dimittit, ut in 4. to. 3. p. disp. 11. sect. 1. exposui. Tertio dicunt aliqui, fidelitatem esse partem iustitiæ, & ita interdum vocari iustitiam, & quia Deus promittit remissionem peccatorū mortalium penitentibus, ideo iustitiam in illo loco pro fidelitate sumi. At vero cum Iohannes distincte dicat, *fidelis est, & iustus*, aliquid ultra fidelitatem nomine iustitiæ intellexisse videtur, & ideo potest etiam Deus in remissione peccatorum mortalium seruare iustitiā, vel propriam, & rigorosam respectu Christi, & meritum eius, licet non respectu peccatoris, ut ibi Caiet. dixit: vel certe ex iustitia vera, licet minus rigorosa, respectu ipsius peccatoris, non quidem quoad culpam, vel æternam poenam, sed quoad temporalem poenā reatum.

35. *In culpa mortali remittenda quendam iustitiæ modum Deus seruat.* Deniq; dici potest seruare Deum quendam iustitiæ modum in remittenda culpa mortali, etiam si non sit tam propria quantum est in retributione meritum de condigno, nimirum, ut dicit quendam æquitatem, & convenientem prouidentiam modum. Quomodo dixit Anselmus Prolog. c. 9. & 10. *Iustum est, cum punis malos, quia illorum meritis conuenit, cum vero parcis malis iustum est, non quia illorum meritis, sed bonitati tue cōdecens est.* Et infra: *Ita iustus es, non quia reddat debitum, sed quia facis, quod decet te summe bonum.* Et iuxta hanc doctrinam Anselmi intelligi possunt verba, quæ in eodem secundo argumento ex Augustino obiciuntur, nimirum de iustitia large sumpta pro illa parte prouidentie, qua Deus statuit veniam dare peccatoribus, quæ est æquissima, & consequenter iustitia secundum decentiam, & proportionem ad diuinam bonitatem. Sed est obseruandum discrimen etiam in hoc genere iustitiæ respectu iustificationis peccatoris quoad initium eius, vel quoad progressum, aut terminum: Nam in præbendo peccatoribus spatio penitendi, & initio iustificationis solum potest considerari iustitia latissime sumpta. Quia (ut ait Anselmus) Deus operando iustus est, secundum se, non secundum nos, id est, nullam rationem vocandi, vel expectandi peccatores, ex eorum operibus sumit, sed tantum ex se, & ex plenitudine bonitatis, quia facit, quod decet ipsum summe bonum. At vero in progressu iustificationis post initium eius etiam seruatur intermedium Deus aliquam rationem iustitiæ secundum nos, id est, sumendo rationem miserendi ex operibus peccatoris ex priori auxilio gratiæ factis, quauis etiam hæc lato modo dicatur iustitia respectu illius, quæ in præmio meriti de condigno seruatur. Et de hac loquitur Augustinus in ultimis verbis prioris testimonii, & in secundo, ac tertio testimonio, ut in discursu supra facto explicatum est, & iterum infra dicitur, tractando de merito de congruo. Idemq; fuit sensus Ambrosii & eodem modo loquutus est Dion. Thom. 1. p. q. 21. art. 4. ad 1.

tum ex se, & ex plenitudine bonitatis, quia facit, quod decet ipsum summe bonum. At vero in progressu iustificationis post initium eius etiam seruatur intermedium Deus aliquam rationem iustitiæ secundum nos, id est, sumendo rationem miserendi ex operibus peccatoris ex priori auxilio gratiæ factis, quauis etiam hæc lato modo dicatur iustitia respectu illius, quæ in præmio meriti de condigno seruatur. Et de hac loquitur Augustinus in ultimis verbis prioris testimonii, & in secundo, ac tertio testimonio, ut in discursu supra facto explicatum est, & iterum infra dicitur, tractando de merito de congruo. Idemq; fuit sensus Ambrosii & eodem modo loquutus est Dion. Thom. 1. p. q. 21. art. 4. ad 1.

Circa tertium argumentum aliqui negant, Deum promississe veniam, aut gratiam suam penitentibus, sed tantum propositum suum, & decretum immutabile manifestasse, & ita in locis, in quibus Deus illud propositum suum reuelat, non continere pactum vel propriam promissionē sub conditione operis, sed tantum assertionē rei certo futuræ, ut homo certus reddatur veniæ obtinendæ, si penitentia egerit. Ita Bellarm. d. 1. de iustific. c. 21. §. Ad illud autem, cum sequitur, Sed hoc nec difficultate caret, nec videtur necessarium, nisi cōmode explicetur. Difficultas in primis nascitur ex modo loquendi Scripturæ. Dicitur enim II. Lauamini &c. Et venite & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, sicut nix dealbabitur, &c. Vbi nō aliter Deus promittit bona bene operantibus, quā penam peccantium cōminatur, sed tantū per similes conditionales locutiones. Et simili modo ponderari possunt verba Ezech. 18. tam promissoria, quā cōminatoria, & ex c. 33. addi potest Deum iuramento confirmasse illam assertionem dicens: *Vino ego, dicit Dominus, nolo moriemur peccato. is, & testatio autē iurata de præstando beneficio, promissionem cōtinere solet.* Deinde in nouo testamento specialis promissio facta est penitentibus sacramentaliter Ioan. 10. *Quoniam remiseratis peccata, remittuntur eis:* nam sicut cetera sacramenta, ita & confessio certam de suo affectu promissionē habet, si cum debito dolore fiat: est autem effectus illius sacramenti peccatorū remissio, est ergo in nouo testamento talis promissio cōfessionis facta, ut idem Bellarm. faceret 1. 3. de Pœnit. c. 4. Vnde colligere possumus, eandem promissionem habere nunc contritionem perfectam cū voto sacramenti, quia eundem habet effectum iuxta Conc. Trid. & probat idem auctor 1. 1. de Pœnit. c. 13. Ex quo tandem verisimilius fit, similem promissionē habuisse contritionem absq; voto sacramenti ante illi⁹ sacramenti institutionem iuxta doctrinam eiusdem Concilii sess. 14. c. 4. His addi possunt multa quibus in Rele. 1. disp. 2. sect. 2. n. 10. & sequentibus ostendi, absolutam Dei promissionem præstandi aliquod beneficium futurum, præsertim iuramento confirmatam vim simplicis promissionis habere.

Ad argumentum concedo, promississe Deum peccatoribus remissionem peccatorum sub illa conditione, si veram penitentiam, & iuxta modum a Deo præscriptū agant. Neq; inde sequitur tale meritū esse de cōdigno, & ideo dixi, nō esse necessarium, negare illā promissionē ad satisfaciendū illi argumento, quia ad meritum de cōdigno nō sufficit sola promissio etiam sub cōditione alicuius operis, ut Soto supra sensisse videtur, sed requiritur, ut opus in cōditione positi sit proportionatum præmio tam ex parte sue perfectionis, quam ex conditione, seu dignitate, & statu operantis, ut in superioribus ostensum est. Cū igitur in nostro proposito, cōditio, sub qua talis promissio fit, nō sit proportionata præmio salte ex defectu, & incapacitate personæ operantis, illa nihil obstat merito de cōgruo, nec ex illa sola meritū de cōdigno inferri potest. Maioris tñ claritatis gratiā distinguere potest duplex promissio, vna includens pactū, & quandā iustitiæ æqualitatem ex vtrāq; parte, quæ dici potest promissio

missio iustitiæ, seu conuentionalis: alia dici potest promissio simplex, quæ interdum ab soluta est, interdum, sub aliqua conditione, non tamen æquivalentis operis, quæ propterea obligationem iustitiæ inducere non valet. De priori ergo recte negatur antecedens in argumento sumptum, posteriori autem admissa, recte negatur consequentia, vt declaratum est.

CAPVT XXV.

Vtrum homo iam iustificatus augmentum gratiæ de condigno mereri possit, & quomodo, aut quando?

1. *Supponitur ex fide iustus mereri augmentum gratiæ, aut utatur vero an de condigno?*
1. *Opinio negat.*
POST infusionem gratiæ habitualis sequi solet eius augmentum, de quo proinde consequenter sequitur dicendum. Et in primis id, quod notum est, & de fide certum, supponimus, posse iustos sui iustitiæ augmentum apud Deum mereri. Quod magna ex parte in 1.9. ostensum est, & à fortiori probabitur ex dicendis. Dubium ergo solum est de modo, seu de perfectione meriti. In quo D. Bonau. in 2. d. 27. a. 2. q. 2. negat, iustos mereri augmentum gratiæ de condigno, seu de digno, quod meritum dicit contineri sub merito de congruo, & in illo genere perfectissimum. Et hanc opinionem sub problemate defendit ibi Richard. a. 2. q. 2. Fundamentum eius est, quia illud meritum procedit ab habitu remissionis, ergo ex ea parte non habet proportionem, seu commensurationem cum intensiori habitu, ergo illud meritum licet possit dici de digno propter personæ dignitatem, non tamē de condigno propter inferioritatem gradus in gratia, seu dignitate personæ. Confirmat hoc in tertio argumento cum solutione, quia gratia, quæ supponitur ad hoc meritum, & augmentum eius, sunt eiusdem rationis, seu naturæ, & illa gratia, quæ supponitur, est minor, quam futura sit post augmentum, ergo non potest esse principium meriti de condigno sui augmenti. Probatur consequentia, quia Deus remunerat opus secundum quantitatem radicis, & ideo, si aliquid ultra addiderit de congruo cū dignitate ex parte operantis, non vero simpliciter de condigno.

2. *Assertio affirm.*
Dicendum vero est, iustos mereri de condigno sui gratiæ augmentum. Ita docet D. Thom. dicta q. 114. a. 8. vbi expostores omnes, & alii Theologi, in 3. d. 27. & 28. veritatem hanc tanquam certam, & indubitatam docent. Et colligitur quidem ex Scriptura, nam licet in illa non fiat expressa mentio meriti de condigno, nihilominus docet, hominem iustum iustificari amplius apud Deum ex operibus, sicut Iacobus de Abraham dixit c. 2. epist. sue, & Paulus ad Rom. 6. iustos monet: exhibete membra vestra servituti iustitiæ in sanctificationem. Et adiungit. Liberati a peccato, servituti autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem. finem autem vitam æternam. Vbi sanctificationem appellat gratiæ, & sanctitatis augmentum, quod dicit esse fructum iustorum, quia est merces operum eorum in ordine ad vitam æternam, vt mox explicabimus. Et 2. ad Cor. 9. dixit, per opera misericordiæ augere Deum incrementa frugum iustitiæ, adducens illud Ps. 112. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, & alia multa adduximus supra de augmento gratiæ tractantes.* Ex quibus Concilium Trid. sess. 6. c. 16. & can. 32. docet, ac definit, iustos mereri vere augmentum gratiæ, & licet non addat de condigno, tamen id satis significat in particula, *vero*, vt sup. c. 2. n. 8. ponderauimus. Et dum coniungit vitam æternam, & augmentum eius, satis aperte docet, non esse minus perfectum, & de condigno meritum hoc circa gratiæ augmentum, quā circa vitam æternam, eiusque augmentum. Vnde concludimus, ex mente Concilii si aliquid meretur iustus de condigno, maxime iustitiæ augmentum, quod Concilium primo loco ponit, ergo quam est certum meritum iustorum apud Deum esse de condigno, quod supra ostensum est, tam est certum augmentum iustitiæ sub merito de condigno cadere.

3. Præterea est optima ratio, quia iustus meretur de

Parte 3.

condigno augmentum gloriæ, vt ex eodem Concilio sumitur, & infra dicitur gloria autem correspondet gratiæ, & ad maiorem gloriam nō acceptatur homo, nisi per maiorem gratiam, nam per gratiam fit intrinsece dignus gloria, eiꝰ proportionatus, eadēqꝰ ratione per maiorem gratiam proxime coaptatur maiori gloriæ, si ergo iustus meretur gloriæ augmentum, ideo est, quia eodē merito crescit in gratia. Quod amplius explicatur: nam gloria est veluti hereditas, gratia vero est adoptio, seu filiatio, cui debetur hereditas, ergo si per opera crescit ius ad hereditatem, necesse est, vt eodem merito, & cū æquali eius perfectione crescat adoptio, & filiatio. Idem qꝰ argumentum sumitur ex eo, quod augmentum illud pertinet ad coronam iustitiæ, quam reddet iustus iudex his, qui diligunt ipsum, ergo etiam augmentum gratiæ radicaliter (vt sic dicam) ad illam coronam iustitiæ pertinet. Ac proinde sicut ex eo, quod beatitudo est corona iustitiæ quam bene operantibus reddet iustus iudex, optime inferitur, esse præmium meritum de condigno. Ita ex eo, quod augmentum gratiæ, vt est fundamentum & intrinsecum ius maioris beatitudinis, comprehenditur sub illa corona iustitiæ, aperte concluditur cadere sub merito de condigno.

4. *Altera ratio.*
Deniqꝰ ratio à priori est, quia in hoc merito concurrunt conditiones omnes ad meritum de condigno necessariæ: nam ex parte operum cum libera, bona, & supernaturalia, seu ex gratia esse supponantur, est maxima proportio, & æqualitas, & ex parte personæ merentis dignitas personæ supponitur, quia est Dei amicus, & in gratia, eademqꝰ supponitur ex parte illiꝰ, cum meretur, quia sibi meretur, & ex parte Dei intercedit promissio iuxta verbum Christi Ioan. 14. *Si quis diligit me, mandata mea seruabit, & ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Circa quæ verba dubitat Augusti. ibi tract. 74. quomodo promittat Christus Spiritum Sanctum seruanti mandata, & diligenti, cum non possit sine Spiritu Sancto diligere, & respondet. *Respat, vt intelligamus, Spiritum Sanctum habere, qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat, & plus habendo, plus diligit.* Nihil ergo ibi deest ad perfectum meritum de condigno. Nam quod Bonauent. obijcit, quia persona habet remissionem gratiæ vt principium meriti, quam habebit in termino, non video, quid valeat ad contruicendum aliquid de condignitate meriti, quia condignitas meriti non est proprie in habitu, prout supponitur ad actum, sed est in ipso actu prout habet bonitatem talem, ac tantam cum cæteris conditionibus requisitis: vt autem actus habeat hanc condignitatem non oportet, vt habitus, à quo procedit, sit tantæ intensiōis, quanta futura est ratione ipsius meriti, tum quia nulla est ratio illius conditionis, tum etiam quia repugnantiam inuoluit, nam id, quod per meritum acquirendum est, illi supponi non debet, vel potius non potest. Quocirca licet habitus gratiæ per meritum intensior fiat, tamen id quod illi additur, aliquid minus esse potest, & cum illo tantum gratiæ gradus, qui præexistens supponitur debet actus meritorius de condigno cōmensurari, ergo optime, & facile intelligitur æqualitas inter actum meritorium, & gradum gratiæ, qui præexistenti additur, etiam si tota gratia coalescens ex præexistenti gratia, & gradu illi addito, ipsum actum excedat. Quin potius accidere potest vt aliquis operans ex gratia remissa tantum feruentem actum eliciat, vt plus gratiæ per illum actum mereatur, quam antea habebat, neqꝰ hoc repugnat æqualitati meriti, quia hæc æqualitas non debet esse inter gradus gratiæ præexistentis, & subsequentes ad meritorium actum, sed inter actum, & gratiam ratione illius additam, & hoc modo potest ad adæquari maiori gratiæ, quam promereatur, & excedere gratiam, à qua profuit, quia non ab illa sola fit, sed etiam ab auxilio gratiæ, ratione cuius actus potest esse multo intensior habitu, & sic habere ex parte sua proportionem ad maius præmium, ad quam ex

Accedit optima ratio.

Altera ratio.

Soluitur fundamentum ex Bonauent. in num. 1.